



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. xi. De spe[cie]b[us] magice.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Polícratíci de Curialhū nugis.

De cōse. di. ij. p dilectione.

Hystriones et mimi non pnt recipere sacra cōmunionē.

xxvj. q. vi. per totum.

Deutero. iij. quo ad mentē sed nō ad lřaz

facit. l. multi. C. de mathe.

Diuinationis quattuor spēs

Sacre quidē cōmunionis gratiā hystrionib⁹ & mimis dū in malicia perseuerant: ex auctoritate patrū non ambigis esse preclusam. ¶ Vnde quid fautorib⁹ eorum immineat colligis: si facientes & cōsentientes pari pena recolis esse plectendos. Qui donant inquit hystrionibus quare donāt⁹? Hoc vtiq⁹ in illis fouent in quo nequissimi sunt. Nempe qui nequiciā fouet: est ne bon⁹? Cum vero oīum istorum sit odibilis: illoꝝ tamen qui min⁹ nocent malicia tolerabilior est.

¶ Vnde dicat⁹ prestigiū & quis fuerit auctor ei⁹. Caplm. IX.

Eos autē qui nocētiora prestigia/artesq⁹ magicas & varias species mathematice reprobate exercent: iā pridem sancti patres ab aula iusserūt exire/ eo q̄ omnia hec artificia vlt⁹ potius maleficia ex pestifera quadam familiaritate demonum & hominū nouerūt profluxisse: verūq⁹ persepe pferūtur sola intentione fallēdi: a quibus animam fidēlem dominus arcēs ait. Si dixerint vobis: & ita euenerit ne credatis eis. Prestigium vero mercurius dicitur inuenisse quod ex eo sic dicitur: q̄ aciē prestringat oculorum. Fuitq⁹ magorū peritissimus vt quascūq⁹ res vellet inuisibiles faceret: aut vt videbat⁹ in alias species trāsfornaret. Omnia siquidem matheſis dum penultimam extēdis/figmenta ad magicā referūtur cuius plurime species sunt & diuerſe.

¶ Qui sint magi & vnde dicātur. Caplm. X.

Et quidem magi sunt: & ob magnitudinē maleficiorum sic appellātur qui domino permittēte elementa cōcutiunt: rebus adimūt species suas: ventura plerūq⁹ prenunciant: turbāt mētes hominum: immittunt ōnia: hominesq⁹ violentia carminis dūtaxat occidunt: quod & lucanum nostrum nō latuit: ait enim. Mēs hausti nulla sanie polluta veneni icantata perit. Et ne tibi parua videatur auctoritas nosti q̄ iannes & mābres magi pharaonis/egypt⁹ eteni huius modi superstitionū & maleficior⁹ mater est: nosti iq⁹ eos nō modo moyſi restitisse: sed cū eo signis et miraculis contendisse licet postmodū vlt⁹ iuui coacti sint digitū dei in signis moyſi cōfiteri.

¶ De speciebus magice. Caplm. XI.

Varro autē curiosissim⁹ iter philosophos: quattuor species diuinationis ab elemētis mutuāt⁹ est: piromātiā scilz & aerimātiā. ydromanciā: et geomātiā: multaq⁹ species videbis ex his capitib⁹ pullulare: siue arte: siue ſurore diuinationo peragat⁹: quare noīa exēpli causa: vlt⁹ pau

ca subiciam.

Qui sunt incatatores: arioli: aruspices: phitii: vultiuoli: imaginarii: coniectores: chiromantici: specularii: mathematici: falliatores: sortilegi: & augures.

Capitulū. XII.

Incatatores quidem sunt qui artem verbis exercēt. Arioli qui circa aras nepharias preces aut execrata sacrificia faciunt: in quorum ceruicibus est manus domini dicente propheta. Ariolos & magos non patieris viuere. **A**ruspices sunt inspectores horarum: prescribentes quid qua hora fieri expediat / quorum errorem damnat apostolus dicens. Timeo ne frustra laborauerim in vobis: obseruatis enim dies & annos: mēses & tempora / cum felicitas operis nō a tempore sed a nomine dei viui debeat expectari. Aruspiciū quoque in extorum inspectione viget / quam artem tages quidā dicitur inuenisse. Vnde lucanus. Fibris sit nulla fides / sed conditor artis finxerit ista tages. Extorum vero nomine censentur omnia: que cutis extremitate teguntur. Ex quo liquet eos esse aruspices qui vaticinantur in ossibus animalium / siue sanguine / siue futura prenunciant: siue presentia pronunciant vel preterita. **V**aticiniū siquidem est quo cum intelligentia veri abscondita profertur. Cum & prophetiam non modo de futuris constet esse: sed de presentibus futuris & preteritis. Si vero adhibeatur sanguis: ad nigromantiam iam accedit: que inde dicitur quod tota in mortuorum inquisitione versatur. Cuius vis ea esse videtur: vt ad interpretationem veri / mortuos valeat suscitare. Ea namque ludificantium demonū & humane perfidie illudentium fallacia est. **P**hitii sunt quos spiritus phitonicus replet: & frequentius in virginibus exercetur vt magis ludificet: ac si immundo spiritui placeat integritas mentis aut corporis. **V**ultiuoli sunt qui ad affectus hominū immutandos: in molliori materia cera vel forte limo / eorum quos pervertere nituntur / effigies exprimunt / cuius illusionis in farmacentria virgilius meminit. Limus vt hic durefcit: & hec vt cera liquescit: vno eodēque igni sic nostro daphius amore. Naso quoque in libro heroidum. Deuouet absentes: simulacraque cerea fingit. Et miserū tenues in iecur vrget acus. Horum vero malicia etiam cum plurimum nocent artificio leui dissoluitur: si videlicet qui suspecti sunt conuerti ab aliquo crimen suum inficiuntur: aut si confessi fuerint cogantur maleficium reuocare. **I**maginarii sunt qui ima-

Incātatores.

Exodi. xxij.

Aruspices.

Gal. iij.

Tages inuentor aruspicij.

Vaticiniū.

Nigromātia vnde dicat.

Phitij.

Vultiuoli.

Imaginarij.

b iij